COMPENDIVM NOVAE RATIONIS RESTITVENDI KALENDARIVM.

PERITIS MATHEMATICIS.

CVM in ſacro cõcilio Tridentino Breuiarij Miſſaliſque emendatio Romano Pontifici reſeruata eſſet; idque felicis recordationis Pius V. quanta maxima potuit diligentia ſuperioribus annis perficiendum curaſſet, atq; edidiſſet: nõ tamen id opus uiſum eſt ſuis omnibus numeris abſolutum atque perfectum, niſi reſtitutio quoque anni & eccleſiaſtici Kalendarij accederet. In eam igitur curã dum Gregorius XIII Pont. Max. toto animo & cogitatione incumbit, allatus eſt illi liber ab Aloiſio Lilio cõſcriptus, qui neq; incommodam neque difficilem uiam ac rationem eius rei perficiendæ proponere uidebatur. Verum cũ ea kalendarij emendatio multas ac magnas difficultates afferat, & iam diu a bonis uiris omnibus efflagitata, a doctiſsimis mathematicis ſæpe deliberata, & multũ agitata, abſolui tamen adhuc, & ad exitum perduci minime potuerit, uiſum eſt prudentiſsimo Pontifici de ea re peritiſsimos quoſque huius ſcientiæ uiros conſulendos eſſe, ut res quę omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficiatur. Cogitarat itaque eum librum cunctis Chriſtianis Principibus mittere, ut ipſi adhibitis peritioribus mathematicis, illum aut ſua ſententia comprobarent, aut ſi quid deeſſe uideretur, id omne

absoluerēt atq; perpolirēt. Simul ut si qui modus aptior alicubi (quod nō desperat) repertus foret, eō cōmunicato, illum potius ipse sequeretur. Sed cum liber nondum typis excusus sit, operosum id atq; impeditū futurū erat, & peritis astrologis, cum quibus ea ratio cōmunicanda est, minus fortasse necessarium. Quare satis esse putauit, reliquis omnibus prætermissis, summa tantum capita, quæ maxime rē causamq; contineāt, breuiter indicare.

Igitur cum sacrosanctum Christianorū Pascha, quod summa religione summoq; nostrę redemptionis mysterio continetur, ex diuinæ legis præscripto, & sanctissimorum patrū qui Nicęam ad conciliū conuenerunt decreto, celebrari debeat a decimaquarta die lunę usq; ad uigesimam primā primi mēsis; ea uero sit quę in ęquinoctium uernū incurrit, aut illud ipsum proxime sequitur; permagni interesse illi patres cēsuerunt, tū ęquinoctio, tum decimęquartę lunę certos ac definitos dies in kalēdario designari: ne, quod sæpe ante contigerat, discordia deinceps aliqua in eo celebrando aut dissensio posset existere. Et quidem æquinoctij sedes in eo concilio ad XII kal. April. collocata & constituta est: quam fore stabilem & certam propemodum sibi persuaserunt. Decimamquartam uero lunam ex aureo (ut uocant) numero, qui kalendario aptatus fuit, perpetuo ac facile inueniri posse prisci Patres crediderunt. Verum æquinoctium locum suum non facile tenuit, sed statione deserta, incertis passibus, ad ante diem quinctum iam, aut etiam sextum Idus Martij errans usque peruenit. Cui errori nisi mature obuiā eatur, ad id tempus quo nunc

bruma

bruma conficitur accedet aliquando; neque tamen ibi terminus ſtatuetur quin in infinitum procedat. Quod quantam perturbationem rebus omnibus, ſed eccleſiaſticis maxime, ſit allaturum, & multi antehac ſcripſerunt & eius libri auctor ſubtiliter & copioſe diſſerit. Decimaquarta uero luna adeo ab illo aureo numero diſcrepat, ut eũ ſecuti, non iã ab ea ad uigeſimam primam, ſed frequenter, contra diuinum pręceptũ & maiorum inſtituta, ad uigeſimamquinctam, atque adeo ad uigeſimam ſextam lunam paſcha celebremus. Serpetque obſcure hoc malum & manabit latius in dies, niſi neceſſaria aliquando medicina adhibeatur. Atque equidem ea iam inde a fel. rec. Nicolao V. cuius ætate meliores literæ & liberalium artium ſtudia, quæ diu neglecta iacuerant, reuiuiſcere & recreari cœperunt, magna ſummorum Pontificum cura atque ſtudio tentata eſt, ſed nihil conſtitui poſſe uidebatur quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam quod ad aſtrologiam attinet, duæ potiſsimum res obſtare atque officere uidebantur. Primum ipſius anni uertentis iuſta certaq; menſura; quæ quoniam a doctiſsimis ac diligentiſsimis mathematicis, diuerſis temporibus alia atque alia reperta eſt, nõ eadem ſemperq; ſui ſimilis eſſe cõuincitur. Cum ergo ſol tam uaga & mutabili ratione labatur, difficillimum factu erat intercalationes ita diſpenſare, ut æquinoctia æuo perpetuo certas ac fixas habeant in kalendario ſedes; cum a Iulio Cæſare qui primus hanc anni formam, & intercalandi rationem induxit, tredecim, aut eo amplius, dies, conſtitutam tunc ſedem

 antece-

antecedant. Verum huic difficultati eius libelli auctor afferre se medicinam,& quidem perpetuam pollicetur. Proponit enim sibi anni Alfonsini mensuram, quę inter uarias media est, atque ideo errori minus obnoxia; ex qua subductis calculis efficitur, ut in annis plus minus CXXXIIII. æquinoctiorum loca integrum anteuertant diem. Quo posito, hos tredecim dies, quos diximus, seu, quod magis existimat esse ex ecclesiastica dignitate, decem illos qui a tempore Nicæni concilij excreuerunt, intermissis decem intercalationibus in his quadraginta annis qui proxime sequētur, eximendos censet. Atq; ita reducto ęquinoctio uerno ad XII.kal.April. quo loco in eo concilio fuit constitutum; finitaq; omni confusione anno Domini MDCXX. a quo iā melioribus auspicijs anni procedere incipiēt; in omne posterū tempus hanc intercalandi rationem instituit; ut centesimi quiq; anni qui intercalares omnes esse solent, ab eo tempore non omnes, sed tres primi quique communes, quartus uero quisq; intercalaris sit. Ita ut millesimo septingentesimo, millesimo octingentesimo, millesimo nongentesimo nullus intercaletur dies, bis millesimo uero, usitato & cō sueto more intercaletur. Atque eodem modo reliquis qui deinceps consequentur annis. Siue, quoniam alij nō putant expectandum esse dum quadraginta illi anni trā seant, ut reliqui in suam rationem reuertantur; sed illos decem dies simul eximendos, molestiamq; eam semel deuorandam censent; anno id MDLXXXII. quo mense aptius videbitur fiet, deincepsque is ordo seruabitur qui infra in tabella descriptus est. Porro huiusmodi varieta-

tibus

tibus centesimos quosque potissimum annos eligit, qui notabiles magis sunt, quo minus negligentia aliqua, aut huius diuersitatis obliuio possit obrepere. Hæc ratio id habet incommodi, quòd literæ dominicalis circulus, qui vocatur, primis his quadraginta annis qui communes esse debent, nulli usui esse potest, deinceps uero non nisi exactis quadringentis annis ad idem initium redit. Sed id non est tanti, præsertim cum ei rei peculiaris quædam tabella dedicata sit.

Alterum quod restituendo Kalendario, uereque Paschatis rationi tradendæ impedimentum afferre uidebatur, illud est, quòd nullus cyclus decemnouennalis reperiebatur, qui Kalendario appositus præstare posset, ut ijdem numeri perpetuo nouam lunã, atq; ex ea decimã quartam Paschalem ostenderent. Idq; ea ratione, quòd luna non, ut antiqui illi existimarunt, confectis suis cursibus decem & nouem annorum numero, ad idem caput ita refertur, ut per eadem rursus uestigia penitus reuoluatur: sed ut ab alijs subtilius inuestigatum & deprehensum est, suos orbes conuersionesque sic moderatur & conficit, ut trecentorum & aliquid amplius annorum spatio, a locis nouæ lunæ in kalendario designatis, unius penè diei spatio discordet. Atque inde effectũ est, ut quatuor iam, & eo amplius, dies, aureus ille numerus a ueris locis fuerit euagatus. Et, ut ante diximus, Pascha aliquando uigesima sexta luna, non sine piorum hominum dolore, maleuolorumq; irrisione celebremus. Cum ergo propter hunc motum lunæ in trecentis

annis

annis unus sine intercalatione transigi debeat, propter illum autem alterum solis, eodem annorum spatio aliquando ter, aliquando uero bis omnino non intercaletur, non potest ullus aureus numerus ita his duabus æquationibus inseruire, ut loca nouę lunę paucis sæculis non plurimum discrepent. At uero huius libelli auctor Cyclum quendam ingeniose ac diligenter excogitauit; quem, quod ex numeris epactarum constat atque componitur, & per decemnouennalem cyclum progreditur & æquatur, appellat ipse Cyclum decemnouennalem Epactarum, qui kalendario appositus constanti ratione & sæculis omnibus duratura præstare id posit, certis temporibus æquatione adhibita. Is est huiusmodi.

IANVARIVS.

* ω	A	Kal.	1
xxix	B	iiii	2
xxviii	C	iii	3
xxvii	D	Pr. Nō	4
xxvi	E	Non.	5
xxv	F	viii	6
xxiiii	G	vii	7
xxiii	A	vi	8
xxii	B	v	9
xxi	C	iiii	10
xx	D	iii	11
xix	E	Pr. Id.	12
xviii	F	Idib.	13
xvii	G	xix	14
xvi	A	xviii	15
xv	B	xvii	16
xiiii	C	xvi	17
xiii	D	xv	18
xii	E	xiiii	19
xi	F	xiii	20
x	G	xii	21
ix	A	xi	22
viii	B	x	23
vii	C	ix	24
vi	D	viii	25
v	E	vii	26
iiii	F	vi	27
iii	G	v	28
ii	A	iiii	29
* i	B	iii	30
ω xxix	C	Pr. Kal.	31
Cyclus			
Epact.			

FEBRVARIVS.

xxviii	D	Kal.	1
xxvii	E	iiii	2
xxvi	F	iii	3
xxv	G	Pr. Nō	4
xxiiii	A	Non.	5
xxiii	B	viii	6
xxii	C	vii	7
xxi	D	vi	8
xx	E	v	9
xix	F	iiii	10
xviii	G	iii	11
xvii	A	Pr. Id.	12
xvi	B	Idib.	13
xv	C	xvi	14
xiiii	D	xv	15
xiii	E	xiiii	16
xii	F	xiii	17
xi	G	xii	18
x	A	xi	19
ix	B	x	20
viii	C	ix	21
vii	D	viii	22
vi	E	vii	23
v	F	vi	24
iiii	G	v	25
iii	A	iiii	26
ii	B	iii	27
i	C	Pr. Kal.	28
Cyclus			
Epact.			

MARTIVS.				APRILIS.			
* ω	D	Kal.	1	xxviii	G	Kal.	1
xxix	E	vi	2	xxvii	A	iiii	2
xxviii	F	v	3	xxvi	B	iii	3
xxvii	G	iiii	4	xxv	C	Pr.Nō.	4
xxvi	A	iii	5	xxiiii	D	Non.	5
xxv	B	Pr.Nō.	6	xxiii	E	viii	6
xxiiii	C	Non.	7	xxii	F	vii	7
xxiii	D	viii	8	xxi	G	vi	8
xxii	E	vii	9	xx	A	v	9
xxi	F	vi	10	xix	B	iiii	10
xx	G	v	11	xviii	C	iii	11
xix	A	iiii	12	xvii	D	Pr. Id.	12
xviii	B	iii	13	xvi	E	Idib.	13
xvii	C	Pr. Id.	14	xv	F	xviii	14
xvi	D	Idib.	15	xiiii	G	xvii	15
xv	E	xvii	16	xiii	A	xvi	16
xiiii	F	xvi	17	xii	B	xv	17
xiii	G	xv	18	xi	C	xiiii	18
xii	A	xiiii	19	x	D	xiii	19
xi	B	xiii	20	ix	E	xii	20
x	C	xii	21	viii	F	xi	21
ix	D	xi	22	vii	G	x	22
viii	E	x	23	vi	A	ix	23
vii	F	ix	24	v	B	viii	24
vi	G	viii	25	iiii	C	vii	25
v	A	vii	26	iii	D	vi	26
iiii	B	vi	27	ii	E	v	27
iii	C	v	28	i	F	iiii	28
ii	D	iiii	29	* ω	G	iii	29
* i	E	iii	30	xxix	A	Pr. Kal.	30
ω xxix	F	Pr. Kal.	31				

Cyclus Epact.

Cyclus Epact.

MAIVS. IVNIVS.

xxviii	B	Kal.	1
xxvii	C	vi	2
xxvi	D	v	3
xxv	E	iiii	4
xxiiii	F	iii	5
xxiii	G	Pr. Nō	6
xxii	A	Non.	7
xxi	B	viii	8
xx	C	vii	9
xix	D	vi	10
xviii	E	v	11
xvii	F	iiii	12
xvi	G	iii	13
xv	A	Pr. Id.	14
xiiii	B	Idib.	15
xiii	C	xvii	16
xii	D	xvi	17
xi	E	xv	18
x	F	xiiii	19
ix	G	xiii	20
viii	A	xii	21
vii	B	xi	22
vi	C	x	23
v	D	ix	24
iiii	E	viii	25
iii	F	vii	26
ii	G	vi	27
* i	A	v	28
ω xxix	B	iiii	29
xxviii	C	iii	30
xxvii	D	Pr. Kal.	31

Cyclus
Epact.

xxvi	E	Kal.	1
xxv	F	iiii	2
xxiiii	G	iii	3
xxiii	A	Pr. Nō.	4
xxii	B	Non.	5
xxi	C	viii	6
xx	D	vii	7
xix	E	vi	8
xviii	F	v	9
xvii	G	iiii	10
xvi	A	iii	11
xv	B	Pr. Id.	12
xiiii	C	Idib.	13
xiii	D	xviii	14
xii	E	xvii	15
xi	F	xvi	16
x	G	xv	17
ix	A	xiiii	18
viii	B	xiii	19
vii	C	xii	20
vi	D	xi	21
v	E	x	22
iiii	F	ix	23
iii	G	viii	24
ii	A	vii	25
i	B	vi	26
* ω	C	v	27
xxix	D	iiii	28
xxviii	E	iii	29
xxvii	F	Pr. Kal.	30

Cyclus
Epact.

IVLIVS.

xxvi	G	Kal.	1
xxv	A	vi	2
xxiiii	B	v	3
xxiii	C	iiii	4
xxii	D	iii	5
xxi	E	Pr. Nō	6
xx	F	Non.	7
xix	G	viii	8
xviii	A	vii	9
xvii	B	vi	10
xvi	C	v	11
xv	D	iiii	12
xiiii	E	iii	13
xiii	F	Pr.Id	14
xii	G	Idib.	15
xi	A	xvii	16
x	B	xvi	17
ix	C	xv	18
viii	D	xiiii	19
vii	E	xiii	20
vi	F	xii	21
v	G	xi	22
iiii	A	x	23
iii	B	ix	24
ii	C	viii	25
* i	D	vii	26
ω xxix	E	vi	27
xxviii	F	v	28
xxvii	G	iiii	29
xxvi	A	iii	30
xxv	B	Pr Kal	31

Cyclus
Epact.

AVGVSTVS.

xxiiii	C	Kal.	1
xxiii	D	iiii	2
xxii	E	iii	3
xxi	F	Pr.Nō.	4
xx	G	Non.	5
xix	A	viii	6
xviii	B	vii	7
xvii	C	vi	8
xvi	D	v	9
xv	E	iiii	10
xiiii	F	iii	11
xiii	G	Pr. Id.	12
xii	A	Idib.	13
xi	B	xix	14
x	C	xviii	15
ix	D	xvi	16
viii	E	xvi	17
vii	F	xv	18
vi	G	xiiii	19
v	A	xiii	20
iiii	B	xii	21
iii	C	xi	22
ii	D	x	23
i	E	ix	24
* ω	F	viii	25
xxix	G	vii	26
xxviii	A	vi	27
xxvii	B	v	28
xxvi	C	iiii	29
xxv	D	iii	30
xxiiii	E	Pr. Kal.	31

Cyclus
Epact.

SEPTEMBER.			
xxiii	F	Kal.	1
xxii	G	iiii	2
xxi	A	iii	3
xx	B	Pr. Nō	4
xix	C	Non.	5
xviii	D	viii	6
xvii	E	vii	7
xvi	F	vi	8
xv	G	v	9
xiiii	A	iiii	10
xiii	B	iii	11
xii	C	Pr. Id.	12
xi	D	Idib.	13
x	E	xviii	14
ix	F	xvii	15
viii	G	xvi	16
vii	A	xv	17
vi	B	xiiii	18
v	C	xiii	19
iiii	D	xii	20
iii	E	xi	21
ii	F	x	22
* i	G	ix	23
ω xxix	A	viii	24
xxviii	B	vii	25
xxvii	C	vi	26
xxvi	D	v	27
xxv	E	iiii	28
xxiiii	F	iii	29
xxiii	G		30
Cyclus Epact.			

OCTOBER.			
xxii	A	Kal.	1
xxi	B	vi	2
xx	C	v	3
xix	D	iiii	4
xviii	E	iii	5
xvii	F	Pr. Nō	6
xvi	G	Non.	7
xv	A	viii	8
xiiii	B	vii	9
xiii	C	vi	10
xii	D	v	11
xi	E	iiii	12
x	F	iii	13
ix	G	Pr. Id.	14
viii	A	Idib.	15
vii	B	xvii	16
vi	C	xvi	17
v	D	xv	18
iiii	E	xiiii	19
iii	F	xiii	20
ii	G	xii	21
	A	xi	22
* ω	B	x	23
xxix	C	ix	24
xxviii	D	viii	25
xxvii	E	vii	26
xxvi	F	vi	27
xxv	G	v	28
xxiiii	A	iiii	29
xxiii	B	iii	30
xxii	C	Pr. Kal.	31
Cyclus Epact.			

NOVEMBER.			
xxi	D	Kal.	1
xx	E	iiii	2
xix	F	iii	3
xviii	G	Pr. Nō	4
xvii	A	Non.	5
xvi	B	viii	6
xv	C	vii	7
xiiii	D	vi	8
xiii	E	v	9
xii	F	iiii	10
xi	G	iii	11
x	A	Pr. Id	12
ix	B	Idib.	13
viii	C	xviii	14
vii	D	xvii	15
vi	E	xvi	16
v	F	xv	17
iiii	G	xiiii	18
iii	A	xiii	19
ii	B	xii	20
* i	C	xi	21
ω XXIX	D	x	22
xxvi	E	ix	23
xxvii	F	viii	24
xxvi	G	vii	25
xxv	A	vi	26
xxiiii	B	v	27
xxiii	C	iiii	28
xxii	D	iii	29
xxi	E	Pr. Kal	30

Cyclus
Epact.

DECEMBER.			
xx	F	Kal.	1
xix	G	iiii	2
xviii	A	iii	3
xvii	B	Pr. Nō	4
xvi	C	Non.	5
xv	D	viii	6
xiiii	E	vii	7
xiii	F	vi	8
xii	G	v	9
xi	A	iiii	10
x	B	iii	11
ix	C	Pr. Id.	12
viii	D	Idib.	13
vii	E	xix	14
vi	F	xviii	15
v	G	xvii	16
iiii	A	xvi	17
iii	B	xv	18
ii	C	xiiii	19
i	D	xiii	20
* ω	E	xii	21
xxix	F	xi	22
xxvii	G	x	23
xxvii	A	ix	24
xxvi	B	viii	25
xxv	C	vii	26
xxiiii	D	vi	27
xxiii	E	v	28
xxii	F	iiii	29
xxi	G	iii	30
19 xx	A	Pr. Kal	31

Cyclus
Epact.

Cum aureus numerus fuerit xix. & epacta item xix. Noua Luna Decembris conficitur ultimo die ipsius mensis: Cum autem alius fuerit aureus numerus Epacta vero eadem xix. Noua Luna in primum Ianuarij diem incurret.

Vt aũt ęquatio illa, quã diximꝰ, cõmodiꝰ adhibeat̃, cõfecit tabulã cycli Epactarũ, ad 30. lineas, q̃bus totidẽ alphabeti literas pręfixit, expãſam. Huic aureos numeros ſuppoſuit, ita collocatos, ut numerus 3. qui olim Kal. Ianua. aptatus fuit, literę ω, quę in hoc Cyclo eiſdẽ kal. tributa eſt, omnino reſpõdeat. Edidit ẽt tabellã, tã ſolaris anni æquationibus, q̃ lunaris cũ ſolari deſeruientẽ, in qua B. ęquando anno ſolari dextro lateri appoſita, cũ adeſt, intercalarẽ eũ, cũ abeſt, cõmunẽ oſtendit: reliquæ literæ lunaris anni cũ ſolari ęquationi inſeruiunt. Ea aũt multiplex eſt; una quæ 300. annis debetur, ut diximus: Altera quę bis millenis & quadringenis. qm̃ non exacte 300. illis annis unꝰ debetur dies. 12. n. anni & ſex mẽſes deſiderant̃, qui in 2400. annis tertiã fere diei partẽ cõficiunt, & in ſequentẽ cẽteſimum ęquationẽ trãsferunt; Alia propter omiſsã intercalationẽ, quæ alias fieri debuit. Continget. n. aliquando, ut dięs qui unius ęquationis rõne intercalandus fuit, alterius ratione omittat̃. Ne igitur ea obſtent, quominus ex hoc cyclo nouilunia perpetuis tẽporibus haberi poſsint, aduertendum fuerit, literarũ quę ſunt tabulę expanſę præfixę, mutationẽ fieri ſurſũ uerſus, & epactarũ numerũ augeri, cũ ea cẽteſimo intercalari anno cõtingit. Contra uero deorſũ uerſus & Epactarũ numerũ minui, cũ dies, qui cẽteſimo anno intercalãdus fuit, nõ intercalatur; Cũ aũt nihil uertẽti anno aut lunari detrahitur, aut in eo cẽteſimo detrahitur, ĩ quo lunaris ãnus ęquatione indigebat, in eadẽ litera & epacta perſiſti. Eas tabulas infra ſubiecimus; necnon & alias quas temporum huius libri auctor appellat, in quibus expoſitæ ſunt epactæ quæ ſingulis annis indicent nouilunia.

	…m. 3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
P	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	8	19
N	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	7	18
M	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	6	17
H	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	5	16
G	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	4	15
F	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	3	14
E	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	2	13
D	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	1	12
C	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	ω	11
B	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	17	29	10
A	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	28	9
u	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	27	8
t	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	26	7
s	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	25	6
r	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	24	5
q	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	23	4
p	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	22	3
n	13	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	21	2
m	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	20	1
l	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	19	ω
k	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	18	29
i	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	17	28
h	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	16	27
g	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	15	26
f	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	14	25
e	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	13	24
d	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	12	23
c	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22
b	2	13	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	10	21
a	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	9	20

Tabella æquationis Epactar. si decē intercalationes in quadraginta annis fuerint intermissæ.

Anni Xpi.

N	1	
P	325	
a	600	B
b	900	B
c	1200	B
d	1500	B
c	1584	
b	1588	
a	1592	
P	1596	
N	1600	
M	1604	
H	1608	
G	1612	
F	1616	
E	1620	
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
u	2800	B
t	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
p	3800	
p	3900	
n	4000	B
m	4100	
m	4200	
m	4300	

…s harum tabularum hic est . Ad propositum annum ex
…gari tabula aureus numerus primo quærendus , deinde
in

in tabella ęquationis e regione numeri eius anni, aut proximè minoris, quæ litera notata ſit uidendum, ſimiliſq; litera, & aureus numerus in tabula Epactarum quærenda, nam e regione utriuſque, Epactæ reperientur numeri, aut ſigna, quæ toto eo anno in kalendario nouilunia oſtendent. Exempli id appoſitione illuſtrabitur.

Volo ſcire qui numerus, aut quod ſignum ex his quę in Cyclo Epactarum collocata ſunt, indicet nouilunia anno 1720. Ergo omnium primum ex uulgari tabula reperio eius anni aureum numerum eſſe xi. quem in ſuperiori linea tabulæ Epactarum expanſæ, qua aureus numerus deſcriptus eſt, noto. Dehinc eundem annum, in tabella æquationis quæro, quem quia expreſſum non inuenio, proxime minorem, hoc eſt 1700. ſumo; cui litera D. maiuſcula adiacet: ſimilem igitur literam, in prima linea eiuſdem tabulæ Epactarum quæro, eaque inuenta, e regione eius dextrorſum progredior, donec linea numeri xi. iam antea notati, occurrat: uideoque in communi angulo numerum xi. ſcriptum. Is igitur ubicunque in Cyclo Epactarum eo anno reperiatur, oſten-

Tabella æquationis Epactarum ſi decem dies anno MDLXXXII. ſimul eximantur.

	Añi Xpi	
N	1	
P	325	
a	600	B
b	900	B
c	1200	
d	1500	
E	1582	
E	1600	
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
u	2800	B
r	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
p	3800	
n	3900	
p	4000	B
n	4100	
m	4200	
m	4300	
m	4400	B
l	4500	
l	4600	
k	4700	
k	4800	B
i	4900	
i	5000	

	[illegible] 3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
P	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	8	19
N	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	7	18
M	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	6	17
H	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	5	16
G	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	4	15
F	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	3	14
E	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	2	13
D	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	1	12
C	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	ω	11
B	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	17	29	10
A	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	28	9
u	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	27	8
t	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	26	7
s	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	25	6
r	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	24	5
q	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	23	4
p	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	22	3
n	13	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	21	2
m	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	20	1
l	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	19	ω
k	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	18	29
i	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	17	28
h	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	16	27
g	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	15	26
f	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	14	25
e	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	13	24
d	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	12	23
c	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22
b	2	13	24	5	16	27	8	19	ω	11	22	3	14	25	6	17	28	10	21
a	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	9	20

Tabella æquationis Epactar. si decē intercalationes in quadraginta annis fuerint intermissæ.

Anni Xpi.

N	1	
P	325	
a	600	B
b	900	B
c	1200	B
d	1500	B
c	1584	
b	1588	
a	1592	
P	1596	
N	1600	
M	1604	
H	1608	
G	1612	
F	1616	
E	1620	
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
n	2800	B
t	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
r	3800	
n	3900	
p	4000	B
n	4100	
m	4200	
n	4300	

us harum tabularum hic est . Ad propositum annum ex gari tabula aureus numerus primo quærendus , deinde

in

in tabella ęquationis e regione numeri eius anni, aut proxime minoris, quæ litera notata sit uidendum, similisq; litera, & aureus numerus in tabula Epactarum quærenda, nam e regione utriusque, Epactæ reperientur numeri, aut signa, quæ toto eo anno in kalendario nouilunia ostendent. Exempli id appositione illustrabitur.

Volo scire qui numerus, aut quod signum ex his quę in Cyclo Epactarum collocata sunt, indicet nouilunia anno 1720. Ergo omnium primum ex uulgari tabula reperio eius anni aureum numerum esse xi. quem in superiori linea tabulæ Epactarum expansæ, qua aureus numerus descriptus est, noto. Dehinc eundem annum, in tabella æquationis quæro, quem quia expressum non inuenio, proxime minorem, hoc est 1700. sumo; cui litera D. maiuscula adiacet: similem igitur literam, in prima linea eiusdem tabulæ Epactarum quæro, eaque inuenta, e regione eius dextrorsum progredior, donec linea numeri xi. iam antea notati, occurrat: uideoque in communi angulo numerum xi. scriptum. Is igitur ubicunque in

Tabella æquationis Epactarum si decem dies anno MDLXXXII. simul eximantur.

	Añi Xp̄i	
N	1	
P	325	
d	600	B
b	900	B
c	1200	
d	1500	
E	1582	
E	1600	
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
u	2800	B
r	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
p	3800	
n	3900	
p	4000	B
n	4100	
m	4200	
m	4300	
m	4400	B
l	4500	
l	4600	
k	4700	
k	4800	B
I	4900	
[illegible]	5000	

Ab anno Dñi M D. vſq; ad eum annum cui decẽ dies eximentur ut æquinoctium in priſtinũ locum redeat, huius tabel'ę Epactæ nouilunia indicabunt.

Aur.num.	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
Epactæ.	*	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19

Ab eo anno cui decem illi dies exempti fuerint vſque ad annum 1699. ſequentis tabulæ Epactæ nouilunia oſtendent.

Aur.nu.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5
Epactæ.	27	8	19	[illegible]	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	2	13	24	5	16

Epactę ad inueniendũ nouilunia ab anno Domini 1700. uſq; ad annũ 1899.

Aur.nu.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Epactæ.	16	21	2	13	24	5	16	27	8	19	1	12	23	4	15	26	7	18	29

Numeri Epactarum nouilunia indicantes ab anno Domini 1900. uſque ad annum 2199.

Aur.nu.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ.	[illegible]	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18

In tabella temporũ prima Aureus numerus 19. & Epacta * , anno Domini M D. deſeruiunt, 1. uero & 2 anno MDI. atque ita deinceps, his cyclis ſemper in ſe recurrentibus. Idem de reliquis tabulis dictũ intelligatur.

Perfecit præterea abſolutiſſimam tabulã ad inueniendum legitimos paſchatis feſtorumque mobilium, ut uocant, dies, quoniam quæ hactenus uulgatæ ſunt, non carent incertitudine. Nonnulla alia adiecit, quæ ad uberiorem explicationem, comprobationemque huius à ſe excogitatę rationis attinent, ſed quæ nunc ad commemorandum non neceſſaria uideantur.

Reſtituto

Restituto itaque uerno ęquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atq; hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcunque anni quantitatem accommodari potest, kalendario apposito, intercalationisq; ratione quā diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in posterum anni atque menses cō gruent cum solis ac lunæ ratione, ut nulla deinde uarietas, aut dissensio posit existere: quod si quando acciderit, eadem hac uia bellisime in suum statū docet posse restitui. Atq; hæc quidem ille auctor.

Quod si alicui Alfonsi calculi incertiores esse uidebuntur quam ut illis fidendum putet, potiusque recentioribus adhærendum existimet, is profecto intelliget eam esse huius artificiosi Cycli tabulæque Epactarum a Lilio excogitatæ dispositionem ac digestionem, ut nullo negotio siue Copernici, siue cuiusuis alterius calculis posit aptari, si tabella æquationis ex illis confecta, pro ea quam ad

...lla æquationis Epactarum si decem intercalationes in quadraginta annis fuerint intermissæ.

	Añi Xpi	
c	1584	
b	1588	
a	1592	
P	1596	
N	1600	
M	1604	
H	1608	
G	1612	
F	1616	
E	1620	
E	1700	B
E	1800	
E	1900	B
D	2000	
E	2100	B
D	2200	
C	2300	
B	2400	
B	2500	
A	2600	
u	2700	
u	2800	
t	2900	
t	3000	B
t	3100	
t	3200	B
s	3300	
t	3400	B
s	3500	
s	3600	B
s	3700	
r	3800	
q	3900	
q	4000	
p	4100	
n	4200	
n	4300	
m	4400	
l	4500	
l	4600	
l	4700	B
k	4800	

Tabella æquationis Epactarum si decem dies anno MDLXXXII simul eximantur.

	Añi Xpi	
E	1582	
E	1600	B
E	1700	B
E	1800	
E	1900	B
D	2000	
E	2100	B
D	2200	
C	2300	
B	2400	
[illegible]	2500	
[illegible]	2600	
u	2700	
[illegible]	2800	
[illegible]	2900	
[illegible]	3000	B
[illegible]	3100	
[illegible]	3200	B
[illegible]	3300	
[illegible]	3400	B
[illegible]	3500	
[illegible]	3600	B
[illegible]	3700	
r	3800	
q	3900	
q	4000	
p	4100	
n	4200	
n	4300	
m	4400	
l	4500	
l	4600	
l	4700	B
k	4800	
k	4900	B
h	5000	

pernici ratione non multum distantem apposuimus.

Agite igitur Mathematici, qui cælestium rerum contemplatione & cogitatione ducimini, toto animo omnique cura in hanc communem causam incumbite, ac re diligenter meditata & considerata, aut hæc quæ a Lilio proponuntur probate, aut si quid istis rectius nouistis, candide impertiri, & nobiscum communicare uelitis. Turpe enim nobis omnibus erit pati diutius in graui errore Christianos omnes, & in maximarum rerum ignoratione uersari.

Expectabuntur itaque Principum uestræque doctorũ hominum sententiæ, & quæ ratio maiori horum parti aptior conuenientiorque uisa fuerit, eam quasi totius Christiani orbis consensum summus ipse Pontifex probabit, atque sequetur.

FINIS.

De mandato Sanctissimi D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. mihi Cardinali tituli Sancti Laurentij in pane & perna, uiuę uocis oraculo facto, pręcipitur omnibus & singulis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & ducentorum ducatorum auri, ne audeant uel præsumant imprimere, uel imprimi facere, aut impressum uendere hoc Compendium de correctione Anni & Ecclesiastici kalendarij.

ROMAE,

Apud hæredes Antonij Bladij Impressores Camerales Anno. M. D. LXXVII.